



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

VI me, 1480

Tertia pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

vt eos induceret in terram fluentem lac et mel. et vt principatum gentium possiderent. ideo p[ro]tunc assimilatur aquile. nunt vero volens populum iudeorum congregare humane infirmitatis naturam assumpsit galline se comparat. vt ostendat sui amoris magnitudinem. nam gallina filiorum amoris infirmat et languet. et christus amoris iudeorum infirmitatis naturam assumpsit unde psal. Infirmata est in humilitate virtus mea. et cant. z. Infunde me floribus. stipa me malis quia amore langueo. Nota etiam quia gallina aggregat pullos sub alas. vt eos foueat. p[ro]tegat. et vt matrem cognoscant sic christus voluit sub duplici ala diuinitatis scilicet et humanitatis aggregare iudeos. vel sub duplici ala vtriusque testamenti. et vt hec fierent laborauit clamans rauce facte sunt fauces eius. quatenus iudeos foueret et protegeret. et vt ipsum cognoscerent. et hoc sepe voluit facere. p[ro]phetas eos vocans. et tandem p[ro] seipsum venit clamans verbis signis et miraculis. Deinde ponit iudeorum rebellio: et noluisse: quia noluerunt aggregari spiritualiter. ideo etiam localiter in omnes mundi regiones dispersi sunt. Nota quod cum pulli istius galline nollent aggregari sub ala eius. audierunt clamantem. alii mi pulli. scilicet gentiles. sunt aggregati sub alis suis. quod figuratum est in Ruth moabithide. de qua dicit Ruth. z. capitulo Plenam mercedem recipies a domino deo israel. ad quem venisti. et sub cuius fugisti alas etc.

Tercia pars.

¶

Ecce ponit subsequens pene aduersitas et miseria et est. quoniam deus gentem iudaicam ex toto deseruit. quod vsque ad tempora illa non fuerat factum. et duo ponunt. Primo templi ruina: ecce: quasi in proximo relinquet vobis domus vestra: id est templum. de quo dicit. 12. Domus mea domus orationis vocabitur: deserta: a deo et presidio angelorum. unde vt dicit iosephus. In templo audita est vox commotionis angelorum dicentium. Transeamus ab his sedibus.

Nota quod istius templi desolationem semper timuerunt iudei. vnde vt occiderent christum dicebant. Si dimittimus eum sic. omnes credent in eum. et venient romani. et tollent nostrum locum et gentem. sed iusto dei iudicio timor quem timebant euenit eis. et quod verebantur accidit. Nam post christi ascensionem quem admodum predictum erat. desolatum est templum. et translatum sunt iudei in terram alienam. et ista desolatio est vsque ad finem seculi. vt dicit Daniel. 11. Nota quod hoc quod dicit: Ecce relinquet vobis etc. aliter potest intelligi. vt nomine domus ecclesia

Sermo

intelligatur fidelium. que quidē deserta non est fidelibus. sed plena. iudeis tamen deserta est nunc vsq; ad finem seculi. sed tunc ingredientur vt saluentur reliquie israel. Secundo ponitur absentia christi que quidem causa fuit desolationis iudaice. sicut iubernatoris absentia causa est naufragij. vnde dicit: dico em vobis: cuius dicere firmum est: non me videbitis amodo: fm crisosto. Refertur ad tempus crucis. Vnde nota q; ista verba locutus est christus iudeis. feria quarta ante diem passionis sue. et a tempore passionis sue abscondit faciem suam ab eis. nec vnquam eum viderunt. ex toto em tunc temporis dereliquit eos.

¶ Deinde ponit istius absconsonis tempus: donec dicatis: corde credatis ad iusticiam. ore autem confiteamini ad salutem: Benedictus sit christus: qui venit. in mundum per carnis assumptionem: in nomine domini: id est nominatus dominus. hoc em est nomen quod est super omne nomen quod christo datum est. vt in nomine ihesu omne genu flectatur. celestium. terrestrium et infernorum. ad phi. x. Nota q; hic christus predixit quantu; tempus ipse esset absconditus a domo iacob quoniam vsq; ad tempus iudicij quando veniet cum gloria. in primo em aduentu in carnem cognouerunt eum iudei. sed nec adhuc cognoscunt eum esse messiam qui venit in salutem eoz. sed tunc penitebunt d; incredulitate sua. et laudes quas aclamare debuissent venienti in carnem. clamabunt venienti ed iudicium dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Rogemus ergo deum x.

In festo sancti Iohannis euangeliste Sermonis. xlii

Prima pars.

Ixit ihesus petro. sequere me. conuersus petrus. dicit illuz discipulu; quem diligebat ihesus sequentem x. Iohan. vlti. Cum amicitia bona. bonum honestuz sit ex qua redundat vtile bonum. illi tamen maiora consequuntur dilectionis premia. qui potentioribus et liberalioribus sunt caritate vmiti. quia igitur beatus iohannes euangelista non qualemuncq; habuit dilectum amicum. sed christum. cui nemo similis in potentia et liberalitate reperitur. ideo multa gratiarum donaria ab ipso recepit ita vt conuenienter hoc nomen scilicet iohannes fuerit appellatus. Iohannes enim dicitur. in quo est gratia. Et ipse in hodierno euangelio has sibi collatas gratias recitat. non quo ad iactantiam. sed vt nos audientes huc eius beneficia. inflamemur.